

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

In Capvt. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

## 132 ROMARICI COMITIS

ducitur ab Amberto, vel Ambrone  
Clodouei II. filio. Sed quid si eadem  
ei origo, quæ Auenno vrbi de qua Tu-  
ronensis? Quid si ab Habich/ id est, ac-  
cipitre, vel quia arx in montis apice  
tam alta, vt vix videatur altius vola-  
re posse accipiter, vel quia Vogesus  
mons, & castrum illud ad venationes  
commodissimum. Illæ siquidem Re-  
gibus & Imperatoribus illic frequen-  
tes, vt ostendit lib. 10. c. 10. Turonen-  
sis, Aimoinus libr. 4. c. 8. & 109. Ve-  
nantius lib. 7. epist. 4. Ardennæ, an Vo-  
sagi, cerui, capræ, helicis, vrsi cæde sagitti-  
ferâ sylua fragore tonat? Accipitrum  
autem ad venandum usus, nemini  
ferè ignotus. Vnde Guntchramnus  
ille Boso apud Turonensem lib. 5. c.  
14. Meroueo. Veniant equi nostri, & ac-  
ceptis accipitribus cum canibus exercea-  
mur venatione.

## IN CAPVT. II.

R omarius interdum Rumerius  
scribitur, vt apud Aimoinum lib.

4.c.19. Rumerici Castellū. Multa in ri-  
cus aut richus olim desierunt, desinūt-  
que nunc nomina, vt Amalaricus,  
Bertricus, Childericus, Fridericus,  
Henricus. Diues verò Germanis est  
Reich/ Gallis riche/ Italies & Hispanis  
rico aut Richo. De S. Arnulpho Aimoi-  
nus l. 4. c. 1. Paulus Diaconus l. 6. c. 5.  
Otho Frising. lib. 5. c. 9. Dagobertus ad-  
modum puer, educatus à B. Arnulpho  
maiore domus, qui postea Metensium E-  
piscopus fuit. Martyrol. 16. die Augu-  
sti, & Surius eodem die, Tomo 4. vbi  
inter alia p. 724. sic: Per id tempus erat  
in Regis Theodeberti ministerio Roma-  
ricus, vir egregius, qui Arnulphi cognito  
desiderio, sancto & familiari ei affectu  
iungebatur. Itaque communicato inter se  
confilio, iuxta præceptum Domini dicen-  
tis Matt. 19. Vade, vende omnia & cæt. re-  
licet omnibus ad Lirinense monasterium,  
propter C H R I S T V M, peregrè proficiisci  
statuunt. Sed hac in re, vtriusque deside-  
rio Altissimi voluntas obstitit. Neque e-  
nim fas esse censuit omnipotens Deus, vt

I 3 hi

134 R̄OMARICI COMITIS  
bi duo viri, qui postmodum, seu lampades  
duæ fulserunt in sâculo, sub medio occul-  
tarentur.

I N C A P. III.

**A**D Brunichilden, eiusque nepo-  
tes extant S. Gregorij epistolæ li.  
5. epist. 15. 58. 59. de eaque Fortuna-  
tus, maximè lib. 6. Ionas in S. Colub.  
c. 18. 19. 30. 31. Iste vero Aridius, Epi-  
scopus fuit Lugdunensis, qui B. Desi-  
derio Viennensi Episcopo exilij, mor-  
tisque causa cum eadem Brunichil-  
de, quæ ab illo de variis arguebatur  
criminibus, extitit, vti ab Aimoino  
scriptum libr. 3. cap. 89. 92. Adone in  
Chron. p. 187. Martyrol. d. 23. Maij.  
Et de eodem rursus Aridio Aimoi-  
nus c. 93. l. 3. qui ab optimo illo valde  
diuersus, de quo lib. 10. c. 29. Turo-  
nenensis. Vide & Venantiū li. 5. epig. 20.  
Veneno] Aimoniū l. 3. capit. 99. li-  
cet Auentinus lib. 3. scribat: Theoderi-  
cus dum Mediomatricum urbem ingredi-  
tur, de cœlo fulmine tactus interiit, Ionas

L 6a